... religiosorum ...
faciebat secum misericordiam. Alii ieiunabant
cotidie et laborabant. ipse comedebat cottidie
et requiescebat. Accidit tamen quadam die
misissent ad metuendum segetem segetes et
reverterentur domum ieiuni et lapsi propter
laborem et calorem. Beata virgo stans ante
introitum ecclesie cum duobus angelis unus
istorum angelorum habebat pixidem in manibus. alter
vero tobaliam tenebat in suis manibus et eloquens
circumdatis omnibus delectuario in pixide nichil
de illo solo excepto et deinde tergens sudorem
de ipsorum facie cum tobalia. Unde ipse petiit.
Da michi domina. Ipsa autem. Est precium tu non
es ieiunus et ideo hic non debes. Ipse vero genibus
flexis ait. terge michi faciem meam sicut a
liis iam fecisti. Ipsa vero dixit. Tu vero non laborasti.
Ista tobalia est preparata qui laborant. Ipse propterea
fecit sicut alii et ideo sanctus et bonus effectus est.

xxviii Quidam sacerdos vocatus a quadam
muliere in infirmitate posita ut daret
ei viaticum. accessit ad eam cum corpore christi et inve
nit virginem preciosam speciosam cum ea et te
nebat manus suas ... et erat in transi
tu virgo gloriosa statim surrexit et adoravit corpus

statim et relicta intravit cameram et mox
ad yconiam beate marie quam absconse ibi
dem tenebat perrexit et continuo flexis genibus
sic affata est eam. Domina mi tu scis quod
verum est quod te diligo et dilexi a iuventute
mea primevo te honoravi hore toto cordibus
viribus meis. Ideo ego te deprecor quod non respi
cias peccata mea et filii mei. sed nunc exaudi me
miseram et desolatam et filium meum redde
michi. ut ego pariter et ipse pariter tibi filio tuo postea
servire possimus fervidissime. Scias quod si ipsum
prorsus non restitueris tibi tuum auferam
quem tuus tenes in manibus. Cum tamen diu ex
orasset et nullum adhuc unde qua plenarie confidebat
huiusmodi responsum talibus cepit eam increpare
verbis. O domina unde video et nunc impune ex
perior quod qui tibi servivit et servivit totum
perdidit. et ad preces non lucratus est sed omnino
scias et nullatenus dubites quod tibi tuum volo
auferre. quia non vis restituere meum. E
rat enim sculptura et non pictura et tamen velle
manus extendere. et cum preces ... sed ad filium con
tinuo ... filius miraculo se manibus
ducentium ad furtas extractus ignorantibus
eis et admirantibus stetit post tergum et cepit

2